



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 105. Augustini Galaminii Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

§. CV.

*Augustini Galamini Cardinalis  
extrema.*Sæc. XVII.  
A. C. 1639.

Die sexta Septembris decessit Augu- *Pio de viris*  
stinus Galaminius in terra Brisig- *Ill. Ord.*  
hallæ ortus, qui itidem Prædicatorum *Præd. Eck-*  
Ordini adolescens adscriptus, per om- *hard Script.*  
nes ejusdem Religionis gradus ad Com- *Ord. Præd.*  
missarii munus Sancti officii, ad Magi-  
stratum Sacri Palatii, necnon ad su-  
premam Ordinis sui Præfecturam eve-  
ctus, a Paulo V. dum Parisiis moraretur,  
Cardinalis titulo S. Mariæ de Ara  
celi renuntiatus est, ubi tamen eodem  
victu & amictu usus, quicquid ex Lau-  
retanæ & postmodum Auximenæ, quas  
Episcopus rexerat, Ecclesiarum pro-  
ventibus supererat, semper in pauperes  
distribuit: Tanta fidelitate verus Pastor  
Ecclesiam suam administrabat, ut e  
Diœcesis suæ finibus nunquam exierit,  
nisi ut Pontificiis comitiis interesset.  
Annuas coegit Synodos, & tam plebi  
suæ, quam Clero sanctissimas leges &  
statuta saluberrima præscripsit, ipse vero  
gregis sui exemplum, Ordinis decus,  
Episcoporum speculum, & Purpuræ or-  
namentum, sicut magna sanctimoniam  
fama vixit, ita & meritis dives, & se-  
nio gravis fere nonagenarius Auximi  
Z 2 obiit,



Sæc. XVII. obiit, ingenti & ovium & Fratrum lactu  
 A. C. 1639. apud suos sepultus. Edidit acta Synodalia, Institutiones pro Clero Auximensi, Epistolas Encyclicas ad suos Fratres, necnon testamenti sui tabulas.

## §. CVI.

*Ludovicus de Nagarets de la Valeta  
 Cardinalis vita functus.*

*Ferrer. Hist. cont. Hisp. cap. 2. t. 12. pag. 337.* **E**jusdem Mensis die vigesima octava Septembris in Gallicis castris decessit Ludovicus de la Valeta patria Engolismensis, qui non ex animi indole,

*Vid. supra §. 9.*

qua potius ad bellica propendebat, sed ex Parentis sui voluntate Ecclesiasticum induit, ac pinguisimis beneficiis, & Abbatiis saginatus, tandem ex Tolosano Archiepiscopo Cardinalis renuntiatus est, quamvis nullo Sacro ordine esset initiatus. Postea dimisso Archiepiscopatu ad militare transiit Gallici exercitus regimen, ubi in inferiori Germania Lendrecium urbem vigesima sexta Julii die occupavit, in Belgio in Hispanos movit, atque in Italia Sabaudia Ducissam contra defuncti Ducis Fratres tutatus est. Demum vero Rivolæ morbo correptus obiit, armis magis, quam rebus Ecclesiasticis natus; quocirca Pontifex comperto illius obitu pro eo, utpote non Cardinale, sed

Frau-